



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Cap. 30. De modo quo faciendæ sunt matrimonii promulgationes,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

num. 2. Sed contraria multo plurium est quos in sequenti nū.
3. dem refert sequiturque, nec immixto: quia ante Concil.
Trident. fuisse validum matrimonium omisiss denuncia-
tionibus satis intelligitur ex iis quae de tali matrimonio i-
dem Concilium statuit initio ante citati capituli primi: ea ni-
mirum, quae vocat clandestina, esse vera, quantumcumque
Ecclesia Dei iustis de causis illa semper sit detestata, atque
prohibuerit.

Neque dici potest desisse vera esse per decretem irritationis matrimonij clandestini factum in fine eiusdem capi-
tis: quia quamvis prius esset de denunciationibus matrimo-
nij praemittendis, & de presencia Parochi & testium eis
adiungenda: faciens ipsum decretum irritationis, meminit
solius præsentie Parochi & testium, nec circa denunciatio-
nes quidquam immutat: sed illud quod per Concil. Lateran.
deiis statutum erat, quia in defecundinē passim abibat, in
pristinam obligationem & statum restituunt: ut satis indicant
illa eius verba Sa. ri Concilij Lateranensis vestigii inherendo, &c.
Quia autem in contrarium afferuntur: soluntur dicendo pre-
cipi ut denunciations matrimonio praemittantur, quoad
recte & rite, non autem quoad valide agendum, ut patet ex
solutionibus quas Sanchez ibidem habet num. 4.

De eo quod talium denunciationum omissione, matrimo-
nium censendum sit clandestinum sufficentem ad incur-
rendum iuris penas, in cap. fin. De clandest. depon. impo-
fitas contrahentibus clandestinum matrimonium: copiose
docet ipse Sanchez lib. 3. disput. 1. Quia in re tanquam spe-
cante maxime ad forum externum, non est neccesse nos im-
morari atque apud cum videndum relinquere possumus.
Interea monendo quod Sotus aduertit in 4. distinc. 28.
que f. 1. art. 2. col. 5. nec excommunicationem, nec aliam cen-
suram esse iure communī inpositam contrahentibus sine
matrimonij promulgationibus.

A D V E R T E N D U M EST autem mortaliter nihilominus peccare tam ipsos quam Parochum affilitem ipsum
matrimonio non praemissis denunciationibus. Quod idem
Sanchez in sequenti dicto 5. num. 6. probat. Tum quia talis omis-
sio est transgredit Ecclesiastici precepti, quod in eod. cap.
fin. & in Concil. Trident. scilicet 24. cap. 1. De reformati,
matrim. datur in materia gravissima, prout patet ex malis, qua
ex eadem omissione oriri possunt gravia, prout ibidem à
Concil. Trident. notatur. Tum quia idem Concilium in se-
quenti cap. 5. negans spem dispensationis obtinendae iis qui
denunciationibus omisiss contraherunt ignoranter in gradibus prohibitis: causam negationis subiungit his verbis:
Non enim dignus est qui Ecclesia benignitatem facile ex-
periatur, cuius salubria præcepta temere contempsit. Qua
verba indicate culpa plusquam veniale: cum temerarium
contemporem vocare, spemque dispensationis adeo rigide
negare non solam culpam veniale, alienum sit à more &
benignitate Ecclesie. Endem sententiam sequentes plu-
mos idem auctor ibidem refert.

Verumtamen sunt aliquor casus in quibus excusatio esse
potest à peccato mortali. Primus est, quem ex D. Anton. &
Palud. Syllester habet in verbo Matrimonium sexto que 7. dicto
6 quando consuetudo est, ut tales denunciations non siant,
sed solum ut contrahant sponsalia solemniter & publice,
multo ante matrimonium, ut interim manifester possit, an
impedimentum subsit. Secundus est, cuius idem Syllester
ex aliis meminit in p. dicto 2. quando contrahentes sunt
iuris ignari. Tertius est, quando impetrata est Episcopi dis-
pensatio, de qua in sequentibus. Quartus est, quando virget
gravis causa, nec adiit potest Superior qui dispensem: qua-
lem causam Syllester in eodem dicto 2. & Sotus in 4. distinc. 28.
que f. 1. art. 2. col. 4. constituant verecundiam: vt cum quis
egregie nobilis ducit ignobilem & timenter parens es; aut
cum ditissimus pauperem, vel senex iuvenculam, aut cum
duo vixerunt diu tanquam maritus & vxor, erubescunt tunc
adhibere talen solemnitatem. Addit adhuc Sotus, & mar-
rito, periculum quod timetur ne per denunciations institu-
tas ad matrimoniorum impedimenta cauenda, obstacula-
sint per aliquorum malevolentiam, aut intuidam, aliam ve-
nialitatem, ne ipsa matrimonia contrahantur. Quintus est,
quem habet Syllester dicto 7. cum Principes contrahent
nec consuetum est eorum matrimoniis denunciations

præmittere: quia nimis magnum deliberatione, solent
sua connubia tractare.

C A P V T XXX.

De modo quo facienda sunt matrimonij pro-
mulgationes.

S V M M A R I V M.

- 225 Modus facienda promulgationes iure communī prescripsi,
& de parochia in qua, & Parochio à quo sunt facienda.
226 De diebus quibus facienda sunt matrimonij promulgationes.
228 Non est contra prescriptum Ecclesiasticum promulgationes
matrimonij in tempore & loco non facta fieri: & casus in
quo postponi possunt celebrationi matrimonij.

IN cap. fin. De clandest. depon. statuitur ut promulgatio-
nes matrimonij siant in Ecclesia per Presbyteros compe-
tentis termino præficio. Concilium vero Trident. scilicet 24. cap.
primo De reform. matrim. præscribit, ut siant ter à proprio
contrahentium Parochio, tribus continuis diebus festiis in
Ecclesia, intra Misericordiarum solemnia. Cui prescripto congrue-
re Sanche lib. 3. disput. 6. hæc documenta tradit.

P R I M U M E S T H U . 4. Quando contrahentes sunt diversi
Parochiarum, denunciations facienda esse in virtute Pa-
rochia: hoc enim requiritur ut à proprio contrahentium Pa-
rocho, factæ esse dicantur & ut obtemperatur finis propter quæ
præscribuntur. Nam is est, ut facientes contrahentium im-
pedimenta, illa detegant. Qui autem sunt in parochia mul-
ieris, v.g. licet huius impedimenta cōmuniciter scire possint,
nō tamē impedimenta viri, cum sit alterius parochia in qua
proinde facienda quoque sunt denunciations ad illa dete-
genda. Vnde idem auctor sub fine præcedentis disputatio-
nis argumentum sumit ad aftrendum quod Henriquez docet
libro 11. c. 8. i. in margine lit. D. peccatum esse mortale si denun-
ciations non siant in virtute contrahentis parochia. Ce-
terum si unus & idem diuersa habeat parochias, debent
fieri denunciations in ea, in qua verofimilius est scribi im-
pedimenta; ut in ea, in qua fuit antiqua parentum habitatio.

S E C U N D U M D O C U M E N T U M num. 5. Tales denunciations
debere fieri à proprio contrahentium Parochio: ita
enim Concil. Trident. iubet: quamquam possint fieri ab
eo, siue per se, siue per alium cui dederit licentiam faciendi:
sicut concessione eiusdem Concilij in eodem cap. 1. potest
matrimonio assillere, siue per se, siue per alium Sacerdotem.

T E R T I U M D O C U M E N T U M numero 7. Quamvis in
alia parochia quam in propria contrahentium plures inue-
niuntur possint qui matrimonij impedimenta detegant: in ipsa
tamen propria, non autem in alia, facienda esse denunciations,
neque requiri ut in virtute siant: quia id nullum ius
præcipit.

Q U A R T U M D O C U M E N T U M num. 8. Quod Concilium
Trident. decernit tribus continuis diebus festiis denunciations
fieri debere, non esse ita accipiendo, quin aliquot
dierum interallum posse intercedere. Non enim exclude-
re omium dierum feriarum, sed tantum festorum media-
tionem, probatur ex fine talis decreti: qui est, ut detegantur
matrimonij impedimenta. At si denunciations deberent
fieri siue esse immediate, ut excludatur omne dierum inter-
allum, non suppetaret tempus ad recogitanda, opponen-
daque impedimenta esse.

Si obicias fieri posse, ut plures dies festi si immediate
sequantur: idem respondet consentaneum esse eidem fini;
ut tunc, sicut cum ex aliqua causa, una tantummodo denun. iatio
facienda est pro tribus, expectetur per aliquod temporis spa-
tium, ne denunciations nullius momenti efficiantur.
Quantum autem esse debeat illud spatium, relinquitur pru-
denter arbitrio definendum inspectis circumstantiis: ca-
uendo non modo ne nimis breue sit, sed etiam ne nimis
longum: ita ut parochiani obliuisci possint vel desideres reddi
ad detegenda impedimenta.

Q U I N T U M D O C U M E N T U M num. 9. Cum decreti
Concilij

Concilij Trident. constituentis vir denunciations fiant in Ecclesia diebus festiuis inter Missarum solemnia; finis sit ut ad multorum notitiam matrimonium pertinet, siveque ut impedita facilius detegantur, tunc enim solet magna bonum copia confluere: et autem fini satisficeri possit quando extra Ecclesiam loco conuenienti, aut die non factu, aut extra Missarum solemnia conuenient magna populi copia ad aliquam deuotionem, ut ad audiendum verbum Dei denunciations tunc fiant, non censeri id ipsum decretum violatum. Neque obstat, quod forte dies alocus non sit sacer, quia si matrimonium ipsum extra tempus & locum sacrum posse celebrari, cur non poterunt illius denunciations fieri?

Addit Concilij Trident. ad memoratum decretum: cum probabiliter suspicio fuerit, matrimonium posse malitiose impediri, si praeceperint tres denunciations: tunc sufficere vel ut una tantum fiat, vel saltum Parochi, & duobus vel tribus testibus presentibus matrimonium celebretur: & deinde ante illius consummationem denunciations in Ecclesia fiant, ut si aliqua impedimenta subsint, facilius detegantur.

C A P V T XXXI.

De accusationibus impedimentorum matrimonij, quarum intuitu promulgationes sunt instituta.

S V M M A R I V M.

- 228 Obligator cuelandi, quam promulgationes matrimonij inducunt, est sub mortali.
- 229 Duo casus excepti.
- 230 Aliquot casus in quibus repellitur quis ab accusatione matrimonij.
- 231 Accusacionum propositarum species quaedam, in quibus a ceteris accusationibus differunt.

228. **F**ACTA matrimonij promulgatione, is qui nouit esse impedimentum, debet illud significare. Primo quidem, si fuerit ex peccato occulto, ipsi contrahentes modum corripiendi proximum a Christo traditum Math. 18. Deinde vero si id non sufficiat, significare illi cui matrimonium promulgavit: eum autem qui denunciare recusat mortaliter peccare, prout alii citatis Sanchez habet lib. 3. disputatione 13. nro. 2. Probatur: quia causa est eis contrahentes graue detrimentum incurvant nullitatis matrimonij: quam nulla temporis diuturnitas tollit, perseverante semper impedimento: & per quam sunt in perpetuo concubinitu ac filios suscipiunt illegitimos. Et quamvis impedimentum esset ex minoribus, tamen grauissima sacramento matrimonij fieret in coiuria: vt pote quod iniuriet contra Dei & Ecclesie statuta. Ita que procedit ex eodem authore & aliis quo citat quantumcumque impedimentum sit occultum nec probari possit.

229. Nihilominus duo sunt casus in quibus nemo ad talen accusationem tenetur. Prior est, quando cognoscens impedimentum, simul nouit contrahentes celebratores matrimonij cum ignorantia probabili, & impedimentum sic occultum est ut probabile sit nunquam ipsum in aliorum notitiam venturum nisi ipsemet significet: simulque probabile sit secuturum scandalum & magnam perturbationem si significet. Nam in tali casu neque Parochum neque Confessarium contrahentium debere illis tale impedimentum significare; sed potius illos in sua bona conscientia relinquere. Nauar. in Enchir. Cap. 22. num. 83. & aliquot aliis nota. Sinch. 2. in ead. m. disputatione 13. num. 4. Addens id verum esse, quantumcumque denunciatio sub pena excommunicationis praeciperetur, & impedimentum probari posset. Posterior casus est, quando si qui impedimentum nouit existimat suam accusationem non profuturam: ut quia non credetur ei, cum id non possit probare, prout habet Sylvestr. in verbis Matrimonij sexto quest. 9. vel quia ipsius accusatio non admittetur, ut fieri potest in sequent. casibus.

Primo si nolit iurare verum esse quod obicit vel certa iurare non ex odio, vel timore, sed sincere accusare ex cap.

Not sicamus & ex cap. D. parentela tam r. quam 2. causa 33. quæst. 6. Deinde si extraneus sit, & praesentes sint consanguinei; qui testificari possint ex cap. 1. eiusdem questionis. Nil obstat tamen; quin accusare possit per consanguineos, aut etiam per se illi desint, ipseque sit ex vicinis antiquioribus, & veracioribus, iuxta ea quæ in verbo Matrimonium 9. quæst. 1. Sylvestr. habet. Tertio, si abfens sit, tantumque accuset per literas ex cap. 2. Qui matrimonium accusare possint. Quarto, si accusetur in gratia, & vt pecuniam extorquerat, ex cap. Significante eod. tit. Postremo, si post factam promulgationem, non accuset antequam matrimonium contrahatur: nisi probauerit se ante fuisse legitime impeditum: vel certe iurauerit se impedimentum illud intellexisse tantum post contractum matrimonium ex cap. fini eod. tit. Adde vel coactus sit moram trahere in contemplatione fraterna, quam denunciationi præmittendam esse diximus. Nam obligatio denunciandi non virget, quandiu vacandum est eidem correptioni, seu doni & iudicio viri prudentis ea nihil prodesse videatur, prout in ead. disp. 13. Sanchez nam 3. sub finem tangit. Bene addens in sequentium. 8. eum qui scit impedimentum occultum, & simul fecit contrahentes dispensationem occulte imprestasse pro foro interno, non teneri denunciare: quia nullum est periculum peccati in contrahendo, impedimento illa ratione ablato.

R E S T A T O obseruandum quod ex D. Thoma habet Sotus in 4. dij. in cl. 4. quæst. vni ca. art. 5. sub finem: Eam de qua hic loquimur non esse propriæ matrimonij accusationem, sed prius denunciationem: ideoque multa concedi in ea, quæ non habent locum in vera accusatione: quorum Sylvestr quoce meminit in verbo Matrimonium nono, quæst. 5. Primus est, vt idem possit accusator esse & testis. Secundum, vt non exigatur iuramentum calumniæ. Tertio, vt facta hac accusatione, contumax possit condemnari licet non contestata ob periculum in mora, ex cap. finali. Ut liceat non contestare. Quarto, vt consanguinei & parentes admittantur ad denunciationem impedimenti matrimonij, ex cap. Videtur Qui matrimonium accusare possint. Quinto, vt in hac accusatione valeat testimonium ex solo auditu: soloque verbo sine scriptura, ipsum fieri possit. Nonnulla alia de istis accusacionibus videri possunt apud eundem Sylvestrum in eodem verbo.

231.

C A P V T XXXII.

De dispensatione omittendi promulgationes matrimonij.

S V M M A R I V M.

- 232 Potestas dandi tales dispensationes: Ordinarius habet: sique diversum coniuges habent suffici alterius dispensatio.
- 233 Generalis Vicarius Episcopi potest eamdem dispensationem dare, non item Parochus.
- 234 Quatenus possint Episcopus & Vicarius ipsius delegare suam in hac re potestatem.
- 235 Neuter potest nisi in sua de causa dispensare: & duodecim tales causæ.
- 236 Quando Superior obligetur tales dispensationem dare: & quid licet, cum ipse adiutor non possit, aut iniuste eam negat.
- 237 Peccatum est mortale consummare matrimonium antefactis illius promulgationes.
- 238 Non vero ante Ecclesie benedictionem: & quod contrahentes si ab aliis non detegantur ipsorum impedimenta, ipsi sub mortali teneantur detegere scienses illa.

D E dispensatione omittendi promulgationes Matrimonij, queritur potissimum quis eam dare possit; & qua de causa possit dari. Cui questioni satisficiemus aliquot propositionibus.

Prima est, Non modo Papam, sed etiam Episcopum date posse tales dispensationem. Hac patet ex Concil. Trident. fest. 24. De reformatio. matrim. cap. 1. illis verbis: Ni si Ordinarius expedire indicauerit ut predictæ renunciationes remittatur;

232.

quod